CANCELL.
MARTIS B.
1718.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322248-p0001-0

XII. A. f. 32.

4 7. Kapsel 34

~~XXVIII~~. 4. a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322248-p0002-6

18

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE

# OCCASIONE CONCEPTIONE AC INTENTIONE CONSTITUTIONIS CRIMINALIS CAROLINÆ.

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGICO, ET DUCAT. MAGDEB. GUBERNATORE,
&c. &c.

PRÆSIDE

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS BORUSSIÆ CONSILIARIO INTIMO UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE AC PROFESSORE PRIMARIO, FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO ET h. t. DECANO,

*PRO LICENTIA*
Summos in utroque jure honores obtinendi
IN ILLUSTRIS FRIDERICIANÆ
AUDITORIO MAJORI
*Horis ante- & pomeridianis. d. 1. Junii* MDCCXI.
Placido Eruditorum examini ſubmittit
JOHANNES REINHOLDUS Brube/
REGIOMONTE PRUSSUS.

HALÆ MAGDEB. Typis CHR. HENCKELII, Acad. Typ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322248-p0003-1
DFG

*B. C. D.*

# DISSERTATIO INAUGURALIS DE OCCASIONE, CONCEPTIONE ET INTENTIONE CONSTITUTIONIS CRIMINALIS CAROLINÆ.

## §. I.

AD intelligendas Leges easque exponendas aliis maxime conducit ſcire Legum occaſiones ac intentiones Legislatorum, ut a quibus dependet ratio Legum, quæ potiſſimum fundamentum interpretationis eſt (a).

*Utilitas occaſionis legum & intentionis legislatorum in earum interpretatione.*



§. II.

(a) Nam non ſolum in interpretatione declarativa verba modo late modo ſtricte, modo proprie modo improprie exponenda ſunt, prout ratio legis poſtulat; ſed & in extenſiva valet regula: ubi eadem eſt ratio, eadem etiam eſt Legis diſpoſitio; in reſtrictiva: Ceſſante ratione, ceſſat legis diſpoſitio. Cœterum uti occaſio ferendarum legum impellit

§. II.

*Ignorantia communis intuitu legum Germanicarum etiam noviorum.*

Dolendum vero, quod cum hodie ſtudium antiquitatum Romanarum in tantum creverit, ut antiquiſſimarum etiam legum interpretationes ampliſſimæ inde deſumi poſſint, (b) antiquitates tamen Germanicæ adhuc non ita ſint excultæ, ut de legibus ipſis Germanicis, tantum abeſt, ut de earum occaſione & ratione multa diſtincte ſciamus, (c) ut ne quidem de hiſtoria noviorum

pellit Legislatores ad cogitandum de legibus, cauſa vero impulſiva norma eſſe ſolet intentionis, ita intentio & cauſa finalis legum non niſi ſpeculatione differunt, aut tempore. Finis enim, uti eſt primum movens in intentione, ita eſt ultimum in executione. Olim quidem tempore Gloſſatorum multum valebat *l. non omnium ff. de legib.* quod non omnium poſſit dari ratio, item *l. 12. §. 1. qui & a quib. manum. lib. non fiant.* quod dura ſit lex, ita tamen ſcripta, tanquam in magna veterum paupertate & carentia notitiæ hiſtoricæ de legum circumſtantiis, occaſionibus, cauſis. At hodie merito intempeſtivus illarum legum uſus inter aſyla ignorantiæ referri ſolet.

(b) Teſtantur id Franciſci Balduini, Fr. Hotomanni, Pauli Merulæ, Barnabæ Briſſonii, Antonii Auguſtini labores, dum antiquitates, leges, SCta, formulas Romanas variis ſcriptis eruditiſſimis expoſuerunt, ut de Roſini, Demſteri aliorumque collectaneis nil dicam. Pertinent etiam huc Cujacii & Jacobi Gothofredi opera, quibus partim leges ſub Republica libera & Imperatoribus Ethnicis, partim conſtitutiones Chriſtianorum potiſſimum Imperatorum illuſtrarunt. Ex novioribus valde commendandus eſt Friderici Brummeri doctiſſimum ſcriptum de lege Cincia.

(c) Etſi enim multum hic debeamus Lindenbrogio, Baluzio,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322248-p0006-8

viorum legum a temporibus Maximiliani I. publicatarum gloriari poſſimus. (d)

§. III.

Etſi vero hic glaciem fregerint Joh. Philippus Dattius, magna & ſtupenda induſtria colligens quæ ad illuſtran-

*Commendati Joh. Philippi Dattii, & Johannis Joachimi Mulleri conatus.*



luzio, Schiltero, aliisque paucis, multa tamen adhuc inquirenda reſtant.

(d) Huc pertinet elegans locus Joh. Philippi Dattii *de Pace publica Imperii Lib. 5. c. 7. §. 5. ſeq.* Ubi poſtquam præmiſiſſet: conſtitutionum Imperii & Receſſuum interpretationem infelici ſucceſſu ſuſcipi, niſi illa interiori vel ex ipſo ſtatu temporum, vel conſultationum Comitialium inſtructa ſit præſidio, ac plura ad confirmationem theſeos præcedentis de uſu cauſæ impulſivæ legum in interpretatione attuliſſet, ſubjungit: *Legas licet, & relegas Conſtitutiones Imperii de Pace publica, de Cameræ judicio, de communi denario, & negotiis aliis in conventu Wormatienſi* 1485. *promulgatis, nondum habebis hiſtoriam totius negotii; nondum tibi conſtabit de conſiliis, propoſitis, artibus, cauſis penitioribus, quæ illos actus veluti moderamine quodam ac Spiritu permaneſcente temperarunt, atque in habitum iſtum exteriorem compoſuerunt.* Denique addit: *his præſidiis vel adminiculis deſtituti conſtitutionum Germanicarum interpretes obhæreſcunt ubique & præpediuntur. Et inde eſt, quod ab Illuſtriſſimo Barone Boineburgio ſollicitati Forſtnerus, Conringius, & Boeclerus, viri doctiſſimi, ut legum Imperialium* το διότι *hiſtoria quadam conſtitutionum Imperii comprehenderent, tantum opus aggredi modeſte recuſarint. Quanquam non multa diligentem ac gnarum rerum humanarum & præcipue rerum noſtrarum indagatorem, ſi haud deſtituatur ad id quibuſdam requiſitis mediis, fallere poſſe, in literis reſponſoriis ipſi affirment.*

(e) Ha-

ſtrandam publicæ pacis, Regimenti, Cameræ Imperialis, Vemicorum Weſtphaliæ judiciorum, fœderum Imperii ejusque ſtatuum, Svevicæ præſertim confœderationis, collectarum & contributionum, Comitiorum Wormatienſium anni 1495. ſtatusque publici ſeculi XII. XIII. XIV. & XV. hiſtoriam pertinent, (e) optandum tamen eſſet, ut ubi hic deſiit, continuationem quis ex Archivis & documentis publicis ibi latentibus ſuſcipiat, cujus rei ſpecimen nuper dedit laudabili & valde commendando inſtituto Johannes Joachimus Mullerus, archivarius Vinarienſis, recenſens, quæ ſub imperio Maximiliani Imperatoris ab anno 1500. ad annum 1508. geſta ſunt (f)

§. IV.

*Difficultas inſtituti præſentis.*

Quod enim in ſpecie Conſtitutionem criminalem Caroli V. attinet, habemus quidem plures commentatores,

(e) Habes his collectanea de iis rebus, quæ fruſtra in aliorum commentariis quæras, illuſtrata documentis hactenus incognitis & latentibus. Interim multa ſecundas curas hic deſiderant, quas Autor eruditiſſimus ob diſtractionem negotiorum publicorum, quibus adſtrictus vixit, ipſe ſuſcipere non potuit, imprimis cum materiæ, de quibus agit, multis difficultatibus ſint involutæ, ut patebit ex iis, quæ infra de judicis Weſtphalicis exempli loco obſervabimus.

(f) Scilicet inſtituit hiſtoriam dare Comitiorum a Friderici III. temporibus uſque ad tempora Rudolphi II. quia quæ poſtea geſta ſunt in Imperio, collecta ſunt in actis Lundorpianis. Et ſpecimen illud in theſi memoratum maxime ſalivam movit eruditis, ut optandum ſit, ut opus inſigne a doctiſſimo autore promiſſum quam proxime adſpiciat lucem.

(g) Geor-

tores, (g) ſed jam ab aliis obſervatum eſt, multa in iis deſiderari (h) quos tamen facile excuſamus ob deficientem, ut diximus, hiſtoriæ lucem. Et pauca quæ de occaſione ac intentione hujus Conſtitutionis annotavit decus Academiæ Juliæ B. Werlhofius, (i) magis curioſis ſitim excitant, quam ut eandem reſtinguant. Ergo veniam petimus, ſi rei obſcuræ & in tenebris conſtitutæ facem accen-

(g) Georgius Remus, Bernhardus Zierizius, Matthias Stephani, Juſtinus Goblerus, Caſpar Manzius, Ludovicus Gilhauſen, Nicolaus Vigelius, Antonius Bullæus, Daniel Claſenius &c.

(h) *Remus, Stephani & plerique alii nihil aliud præſtiterunt, quam ut verba Germanica Conſtitutionum criminalium in linguam latinam tranſponerent, & interdum nonnullas leges ex Jure Romano adderent, quæ convenientiam cum jure Carolino habere videbantur. Sed & hæ leges ut plurimum fere concernunt ſolum principia quædam generalia ex Jure Naturæ deprompta, de quibus nemo dubitavit unquam, licet nec in jure Romano, nec in Carolino repetita fuiſſent.* Vid. Excell. Dn. Profeſſ. Ludovici *in præfat. ad notas in Conſtit. Crimin.*

(i) Edidit JCtus hic celeberrimus anno 1705. diſſertationem de jure Germanis patrio in univerſum, ubi §. 5. *lit. l. pag.* 26. de conſtitutione Carolina quædam notabilia collegit & in fine de cauſa, confectione, promulgatione & reſtrictione conſtitutionis Carolinæ lectorem ad Claſenium remiſit, qui videlicet pluribus de iis agat. Sed mallem, ut ipſe Werlhofius de his capitibus, pro ea qua præditus fuit rara & ſingulari in his materiis ſcientia quid diſſeruiſſet. Nam apud Claſenium quidem nihil invenies, niſi reſolutionem Logicam aut Metaphyſicam, eamque valde jejunam proœmii conſtitutionis Carolinæ, & talia, quæ vel tyro ex ſola per-

cendamus non ubique corruſcans lumen ſpargentem, cum in ejusmodi rebus etiam voluiſſe ſat eſſe debeat. (k)

§. V.

*Occaſio & intentio Conſtitut. Crimin. dicitur fuiſſe correctio abuſuum judiciorum criminalium, maxime* der Frey-Stûle.

Prima conſtitutionis criminalis mentio fit in Receſſu Imperii Wormatienſi Ann. 1521. Ubi occaſio condendæ hujus Conſtitutionis dicitur fuiſſe correctio abuſuum tum in judiciis criminalibus, tum maxime **der Frey-Stuele.** (l) Ut vero de hac aſſertione eo melius judicari poſſit, ſiſtendus eſt paucis ſtatus judiciorum criminalium, qualis illis temporibus fuit.

§. VI

perlectione iſtius Prooemii facillimo negotio ſibi concipere potuiſſet.

(k) Nullum eſt dubium, quin multa eorum quæ hic diſſeremus majorem lucem acceptura eſſent, ſi Theatrum illud Comitiale Müllerianum lucem adſpexiſſet. Haud dubie enim documenta quædam in archivis extabunt rationes indicantia, cur conſtitutio illa Carolina per tot annos in partu conſtituta tam ſero in lucem fuerit edita. Et vitio nobis tum nemo vertet, ſi forte non ubique conjecturæ noſtræ rem acu tetigerint.

(l) Verba Receſſus Imperii Wormatienſis §. 16. ſunt ſequentia: Und nachdem bißher groſſe Unordnung an den Frey-Stuelen/ auch an den Peinlichen Gerichten/ geübt und gebraucht/ dardurch die Unterthanen des Reichs in viel Weg beſchwert und beläſtiget/ auch etwan viel unſchuldiglich gepeinigt/ und vom Leben zum Tode gericht werden: ſolchem hinfüro zu fürkommen/ ſollen und wollen wir an unſern Stuel zu Rotweil/ auch ſonſt bey andern Obrigkeiten oder Frey-Stuel/ verfügen/ daß deshalben gebührlich Einſehen beſchehe/ damit Ordnung gehalten und die Gericht derſelbigen Frey-Stüel wider alt Herkommen nicht mißbraucht werden. Darzu ſo befehlen wir hiemit unſerm Stathalter und Räthen/ daß ſie die Peinliche Gerichts-

§. VI.

*Status proceſſus criminalis in Germania Seculo XIII.*

Hic vero opus eſt, ut res paulo altius deducatur non quidem a temporibus Carolingorum, de quibus pauca conſtant, (m) ſed a temporibus collectionis Juris Saxonici. (n) Scilicet videndum initio, qualis fuerit ſtatus generalis judiciorum criminalium apud Germanos. Sed paucis, cum & hic res ſit obſcura (o) & communiter neglecta (p) ac in

B Jure

richts-Ordnung wie die hie mit Rath der Ständen in ein Form und weitern Begriff geſtelt/ für die Hand nehmen/ weiter nach Nothdurfft ermeſſen und erwegen/ und fürter an Unſer ſtat/ dem Rechten und Billigkeit gemäß/ im Heil. Reich aufrichten/ und ſich der zu halten allenthalben im Reich verſchaffen und verfügen.

(m) Vid. Lehmann. *in Chron. Spirenſi Lib. 2. cap.* 28. *&* 30.

(n) Nam quæ in Jure Saxonico continentur, non ſunt peculiaria Saxonibus, niſi in pauciſſimis capitibus diſertè indicatis, ſed continet Speculum Saxonicum communia jura Germaniæ tempore collectionis in Seculo videlicet decimo tertio uſitata. Et tantum a Collectore qui Saxo erat, & quod in Saxonia tanquam parte notabiliore Imperii Germanici etiam obſervarentur iſta jura, Speculum illud Saxonici nomen accepit.

(o) Quia vel ſaltem brevis & generalis relatio eſt morum circa proceſſum criminalem receptorum, vel termini occurrunt, quorum ſignificatio dubia eſt aut ignota.

(p) Dattius alias diligentiſſimus antiquitatum Germanicarum indagator, in concipienda natura proceſſus criminalis antiqui apud Germanos, variis modis impegit *L.* 1. *c.* 1. *n.* 67. *ſeq.* ut mox videbimus: quod factum haud fuiſſet, ſi non pro more communi collectionem juris Saxonicam per contemptum inſpicere neglexiſſet

Jure Saxonico pro more ſparſim (q) propoſita.

§. VII.

(q) Inter nævos Juris Saxonici & ille eſt, quod nullus in eo appareat ordo materiarum, ſed modo de hoc capite juris modo de alio promiſcue agatur. Emendare voluit hunc defectum, quisquis ille ſit autor Pontis Judiciarii des Richtſteigs über Landrecht und Lehnrecht / ſubjuncti Editioni Argentoratenſi anni 1516. & pariter in idiomate Saxonico conſcripti. Attribuitur quidem ille imperatori Friderico Barbaroſſæ, quaſi hic Mediolani anno 1178. eum publicaverit, ſed id merito ad fabulas conſuetas illorum temporum referendum eſt, cum illo tempore ipſum jus provinciale Saxonicum nondum fuerit collectum. Interim intentio autoris fuit, ut traderet formulas & modum procedendi illis temporibus uſitatum, tam intuitu cauſarum civilium, quam criminaliũ, item feudalium, & in margine ſemper articulos & capita ex Jure Provinciali & Feudali Saxonico allegavit, adeoque ad juſtiorem ordinum redegit, ut ita ſi non commentarii, ſaltem introductionis loco poſſit eſſe illud ſcriptum ad eo melius intelligendum jus provinciale Saxonicum. Ac adeo optandum eſſet, ut Zobelius iſtum Pontem ſimul cum

xiſſet. Etſi enim ut modo notavimus, non omnia ibi plana ſint, nusquam tamen planiora & magis perſpicua de proceſſu criminali invenies, quam in Speculo Saxonico. Et ſine hujus Speculi luce vix intelligi poterunt diplomata illorum temporum de proceſſu criminali agentia, quamvis & illa interdum textus Speculi Saxonici rurſus illuſtrent. Magis mirandum, quod Gryphiander, magnus alias Juris Saxonici commendator *in tractatu de Weichbildis Saxonicis* c. 58. cui titulus eſt: *de proceſſu criminali antiquo Saxonum* tam jejune tractaverit hoc thema, ita ut nihil minus in dicto capite appareat quam proceſſus ille criminalis.

## §. VII.

Scilicet (r) adhuc illo Seculo ignorabant Germani vel certe nondum receperant proceſſum inquiſitorium, ſed ſolum proceſſus accuſatorius erat in uſu. (s) Diſtinguebatur vero potiſſimum caſus duplex: (ſſ) vel enim delinquens in ipſo crimine deprehenſus accuſabatur (t) ſtatim, vel demum die ſubſequente (u) aut alio poſt-

*In uſu ſaltem erat proceſſus accuſatorius, cujus caſus ſummatim diſtinguuntur.*



cum ipſo Speculo Saxonico in idioma Germanicum transtuliſſet, vel ut Gryphiander, vel potius Conringius majori judicio præ Gryphiandro pollens aliquid memoratu dignum de hoc auctore vel ſcripto prodidiſſent. Circa finem ſeculi decimi ſexti, ſcilicet anno 1600. prodiit opus poſthumum D. Melchioris Klingii ſub titulo: das gantze Sächſiſche Land-Recht mit Text und Gloß in eine richtige Ordnung gebracht / ubi in parte quarta articulos juris Saxonici de Delictorum pœnis & proceſſu criminali tolerabili ordine recenſet. Sed tamen non ita diſtincte ut autor des Richtſteigs formulas & modum agendi proponit.

(r) Saltem ea hic recenſebimus, quæ uſum præſtabunt, ad eo melius intelligendam mentem Imperatoris Caroli V. dum notat abuſus proceſſus conſueti criminalis. Ergo non exſpectandum eſt, ut totum proceſſum criminalem hic deſcribamus.

(s) Quod patet ex toto Jure provinciali Saxonico, & infra dicendis.

(ſſ) Confer Richtſteig cap. 30. Der Klegere Klage velt vierleye wys. Tho deme erſten klagen Sy eine handhaffte Daet / over einen / de gefangen is in der Daet. Tho deme anderen klagen Sy overnechtige Klage. Tho deme drůdden Klagen Sy over einen de ungefangen dar tho der Antwerde is. Tho dem vierden klagen Sy over den / de vorflůchtig is. rc.

(t) In handhaffter That Lib. 2. artic. 35. Die handhaffte That

poſtea tempore actio inſtituebatur. Utroque caſu diſtinguebatur, an reus eſſet præſens, an vero aufugiſſet.

§. IIX.

*Si reus in facinore deprehenſus non aufugiſſet, quid juris.*

Si reus in facinore deprehenſus non aufugeret tunc cum clamore (w) ducebatur ad judicem (x) ſeu locum

That iſt das/ſo man einen Mann begreifft in der That/ oder in der Flucht der That/ oder daß er Dieberey oder Raub in ſeinen Geweh en hat/ da er ſelbſt den Schlüſſel zutrüge an ſeiner Seiten. Es wäre dann ein ſolch Ding/ das Ihm ein ander wohl in ſein Gewehr zu einem Fenſter eingeſtoſſen haben möchte. Dann ſo möchte man Ihn keiner handhafften That da an gezeugen.

(u) Dicitur unhandhaffte oder übernächtige That Lib. 2. art. 36. Wer aber den andern Tag ſein Dieberey oder Raub bey einem Mann findet/ der das offenbar gekaufft hat/ und es unverholen gehalten/ und des gezeugen hat/ den mag man keiner handhafften that daran beſchuldigen/ ob man wohl findet die Dieberey unter Jhm/ Er habe dann vorher ſein Recht verlohren und ſey anrüchtig.

(w) Lib. 2. art. 64. Wenn Frauen oder Mägde Notzöge klagen vor Gerichte/ ſie ſollen das klagen mit Geruffte durch der handſchafften That und durch der Noth willen/ die ſie da beweiſen ſollen. Wen man auch umb Raub oder Dieberey gefangen für Gericht führet/ über dem ſoll man auch klagen mit geruffte/ durch der handhafften That willen die man mit den Leuten vollbringen ſoll / ob ſie ſonſt nicht ſcheinbar iſt. Die da auch einen Todten vor Gericht bringen und klagen da ein Ungericht/ daß an ihm gethan iſt/ die ſollen mit Geruffte klagen / durch der handhafften That wilwillen/ die da offenbar iſt. Der auch beraubt iſt/ und weiß wol wo ſein Raub hinkommen iſt/ will er/ daß ihm der Richter nachfolge/ er muß ihn mit Geruffte darzu heiſchen/ und muß klagen mit Geruffte durch der handhafften That willen die er da beweiſen ſoll. Wo keine handhaffte That iſt da muß man

cum judicii & ſtatim convocatis aſſeſſoribus cauſa cognoſcebatur. Fatente Reo non opus habebat probatione actor: Negante vero debebat facinus negatum probare jurato cum ſex aliis juratoribus. (y) Et tum absque mora ſententia capitalis a judice & Scabinis dictabatur, ac executioni ſtatim dabatur (z) per Scabinos ipſos. (a)

 §. IX.

man ohne Geruffte klagen ob man es ohne Schaden bleiben will.

(x) Lib. 1. artic. 66. Wen man in handhaffter That ſehet/ als er gefangen wird/ ſoll man ihn nicht zu Bürgen geben/ ſondern/ man ſoll ihn für Gericht bringen und ſelb ſiebend ſoll ihn der Kläger der That überzeugen. Alſo thut man dem geächten Man/ ob man das gezeugen mag daß er geächtet worden ſey. Doch ſoll man niemand verurtheilen ſeinen Leib mit der Acht noch mit der Ober-Acht da er nicht zugeladen oder mit Nahmen eingekündiget iſt. Eligebatur vero ad ejusmodi judicia ſuper delinquentibus in facinore deprehenſis peculiaris judex, Gografius dictus de quo vide Lib. 1. art. 55. 56. 57. 58. 59. adde Lib. 2. art. 13. ab initio.

(y) d. art. 66. Adde art. 70. eod. lib. 1. & lib. 3. art. 88.

(z) L. 1. art. 55. verbis: Und die ſollen die That eilend richten ubi addit Zobelius *lit. d. Nota in quantum hoc ſtatutum vult, quod flagrans delictum debeat illico puniri, vidi ſic obſervatum, quod uterque tam occiſus quam homicida eodem ſepulcro ſunt tumulati.* art. 57. verbis: Das iſt geredet von den Gograffen/ den man wehlet zu einen Ungerichte allein in handhaffter That/ deſſelbigen Tages zu richten.

(a) Ea de re quidem non poſſum afferre verba expreſſa Speculi Saxonici, ſed tamen ex infra dicendis apparebit, eundem morem adhuc ſubſequentibus ſeculis in uſu fuiſſe. Referri quidem huc poſſunt ex Speculo Saxonico textus, qui

§. IX.

*Pœnarum genera ſumma.* Pœnæ criminales in genere erant duplices, quædam majores zu Halß und Hand/ quædam minores zu Haut und Haar. (b) Priores vel vitam adimebant (c) vel manum; (d) poſterior eſt ipſa pœna fuſtigationis (e) quæ

qui agunt von Fronboten ſcilicet lib. 1. art. 2. 8. lib. 3. art. 45. 56. & 61. Sed de hoc ulterius inquirendum, quis & qualis fuerit. Neque enim confundendus eſt mit dem Büttel cujus etiam mentio fit in d. art. 61. Denn der Büttel ſoll zum wenigſten haben eine halbe Huffe eigenes; d. art. 61. Aber der Fronbote zum wenigſten drey Huffen. d. art. 45. lib. 3. Conf. dicta a Dn. Præſide in *Diſſert. de jurisdiction. differ. ſec. mores German.* §. 81.

(b) Priores pertinebant ad Magiſtratum majorem & ordinarium, poſterior ad vicarium. Dn. Præſes d. Diſſert. §. 71. & 75.

(c) Dicebatur in genere, es gehet Jhn an den Halß ut Lib. 2. art. 26. Gibt der Müntzer einen falſchen Pfenning aus daß er damit kauffen will/ es gehet Jhn an den Halß. Pœnæ capitales erant ſequentes: 1. ſuſpendium Lib. 2. art. 13. Den Dieb ſoll man hencken. 2. Pœna rotæ. Ibid. Alle Mörder und die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen/ oder Kirchhöff/ und Verräther/ und Mordbrenner ꝛc. die ſoll man alle Radebrechen. 3. Decollatio Ibid. Die einen Mann ſchlagen und fahen/ oder berauben/ oder brennen ſonder Mordbrand/ oder Weib oder Mägde Nothzögen/ und dem Feinde berichten/ und in Ehebrecherey begriffen werden / den ſoll man allen die Häupter abſchlagen. 4. Vivicomburium welcher Chriſten Mann oder Weib ungläubig iſt / oder mit Zauberey umbgehet / oder mit Vergifftnüs/ und der überwunden wird (Ergo tum etiam in his delictis proceſſus ordinarius locum habebat, non inquiſitorius) die ſoll man auff einer Hörden brennen.

(d) L. 2. art. 16. Wer den andern lemet oder wundet/ wird er des überwunden/ man ſchlägt ihm

(e) quæ tamen facile pecunia redimebantur, (f) ſed ita ut redimens maneret infamis (g) **rechtloß.** (h) Huc tamen etiam pertinet mulcta pecuniaria quæ judici, vel actori daba-

---

ihm die Hand ab. Welch Ungericht man aber auff den Mann mit Kampff beredet / das gehet ihm an den Leib. Item L. 2. art. 26. Wer ſein Recht verwircket hat mit Dieberey oder mit Raube / findet man unter ihm vierdehalbe falſche Pfennige / es gehet ihm an die Hand er möge ihr dann ſeinen geweren haben. Wer an ſeinem Rechten vollkommen iſt / findet man bey ihm einen Schilling falſcher Pfenning die Pfenning hat er verlohren und nicht mehr. Hat er ihr aber mehr / es gehet ihm an die Hand / Er möge ihr dann ſeinen Geweren haben.

(e) Recte gloſſa Saxonica ad lib. 2. art. 13. Zu Haut und zu Haare das iſt / daß man einen zur Staupen ſchlägt / ſed quæ ſequuntur, valde inepta ſunt, und windet ihm das Haar mit Kloben aus dem Haupte / auch ſagen etliche Leute: Da das Recht gegeben war / da trugen die Sachſen lange Haar / ſo beſchur man dieſen / daß man ihn kennte und ſich für ihn hütete. Potius ideo crinium fit mentio, quod Germani & Saxones illorum temporum tanquam homines robuſti valde ac laborioſi etiam in dorſo hirſuti eſſent, unde ni fallor alibi in formulis ſententiarum, ſo ſoll man ihm Haut und Haar abſchlagen.

(f) (g) Utrumque probatur per dictum art. 13. lib. 2. Geſchiehet in einem Dorffe des Tages eine Diebheit die minder denn drey Schilling werth iſt / die mag der Bauermeiſter wol richten deſſelben Tages zu Haut und Haar / oder mit dreyen Schillingen zu löſen geben. Es bleibet aber jener ehrloß und rechtloß.

(h) Textus modo allegatus probat ſimul, rechtloſe Leute in Jure Saxonico & infames eſſe Synonyma. Quænam autem jura peculiaria circa infames fuerint recepta, non ſolum patet ex loco modo lit. *d.* deſcripto, ſed & ex L. 1. art. 37. 38. 39. 40. 48. 50. &c.

(i) Vid.

dabatur, quarum illa Wette/ hæc Buſſe dicebatur. Sed hæ pœnæ magis erant civiles quam criminales. (i)

§. X.

*Proceſſus contra reum deprehenſum aufugientem.*

Quod ſi delinquens in delicto deprehenſus tentaret aufugere, & accuſator cum clamore eum perſequeretur, quilibet concivium tenebatur reum fugientem perſequi, & ſi in alium locum ſe contuliſſet, tenebantur cives illius loci reum ſub pœna banni reddere perſequentibus, ut judicari poſſit modo prædicto. (k) Quod ſi vero aufugiſſet, ut neſciretur quorſum ſe contuliſſet, tum ſtatim in bannum declarabatur. (l)

§. XI.

*Proceſſus contra reum in facto non deprehenſum.*

Quodſi delinquens in facto non deprehenderetur, ita ut cum clamore accuſari potuerit, tum ſi deprehenderetur poſtea in judicio, deficientibus accuſatori teſtibus poterat accuſari ad duellum, (m) ſi abſens eſſet, & citatus non compareret in bannum declarabatur. (n)

§. XII.

(i) Vid. Dn. Præſid. dicta diſſert. de jurisdict. different. ſec. mor. German. §. 80. Confer tamen Lib. 2. art. 16. in Jur. provinc. Sax.

(k) Vide late hæc narrantem *artic. 71. & 72. lib. 2.*

(l) *Lib. 1. art. 70.* Wer umb Ungericht vor Gericht beklaget wird mit Geruffte/ da er nicht gegenwärtig iſt und ehe es übernächtig wird/ mag der Kläger das Ungericht bezeugen ſelb ſiebend/ man richtet jenen der es gethan hat all zu hand. Iſt aber der Richter auſſer ſeinen Gericht/ als dies geſchiehet/ ſo klage man es den Frohnboten an des Richters ſtatt. Hat er dieſer Klag Gezeugen des erſten Tags/ als der Richter wieder in ſein Gericht kömt/ man richtet jenen als ob die That deſſelben Tages geſchehen wäre.

(m) Latius ille modus accuſandi & duellum peragendi deſcribitur L. 1. art. 36. Diſtinguebatur tamen & hic, an reus antea infamis eſſet, an minus. Vid. L. 1. art. 48. in fine & 50. in fine.

(n) L. 1.

§. XII.

Banni ſpecies duplex erat, inferius & ſuperius, die Unter-und Ober-Acht. Prius etiam particulare erat, & valebat ſaltem in territorio jus dicentis, poſterius in toto Imperio. (o) In bannum ſuperius declaratus poterat impune occidi a quolibet. (p) In inferius, ſaltem capi poterat & ad judicem duci, ut pœna capitalis delicto, de quo antea accuſatus erat, debita ipſi a judice imponeretur. (q) Ex utroque tamen banno ſe eximere poterat certis modis in jure Provinciali declaratis. (r)

*Banni ſpecies & effectus.*

§. XIII.

Accuſati de crimine non deprehenſi in facto, non poterant convinci per teſtes, ſed ſemper ſe liberare poterant juramento purgatorio, (ſ) niſi eſſent infames. Hi enim accuſati non admittebantur ad juramentum purgato-

*Purgationes accuſatorum.*



(n) L. 1. art. 67. Wen man vor Gerichte beklaat/ iſt er da nicht gegenwärtig/ man ſoll ihn tage dingen bis zu dem nechſten Dinge. Wenn man aber klagt um Ungericht daß nicht an den Halß gehet / über den der nicht gegenwärtig iſt / den ſoll man tage dingen dreymal ja über 14. Nächt. Klagt man aber über einen Schöppenbahr freyen Mann auſſerhalb ſeiner Ding-ſtatt / daß an ſeinen Leib gehet / den ſoll man tage dingen drey-mal / immer über 6. Wochen ꝛc. Wer nicht vorkommt zu dem dritten Dinge in peinlicher Klage / den echtigt man. Umb anders keine Klage ſoll man den Mann echtigen / ohne umb die / die an den Leib oder an die Hand gehet.

(o) Lib. 1. art. 38. 58. 66. 71. Lib. 3. art. 34.

(p) Zobel in Addit. ad L. 3. art. 34. & loca ibi citata. Item Lib. 3. art. 63.

(q) Lib. 1. art. 66.

(r) Lib. 2. art. 4. Lib. 3. art. 17. 18. 34.

(ſ) Lib. 1. art. 18. Weichbild. art. 38. & 70. Lehn-Recht cap. 19.

(t) Lib. 1.

gatorium, ſed habebant electionem purgandi ſe per ferrum candens, aut aquam fervidam, aut duellum. (t)

§. XIV.

*Pœna accuſantium & non probantium.*

Si accuſator accuſationem ſuam derelinqueret, mulctam & judici & accuſato ſolvere debebat. (u) Quod ſi vero in probatione deficeret, & accuſatus juramento ſe purgaret, impunis erat, niſi ad duellum provocaſſet accuſatum, tum enim mulctam ſolvere debebat accuſato victori. (w) Si autem ſuper fracta pace alterum accuſaſſet, nec probare potuiſſet hoc crimen, pœnam fractæ pacis ipſe patiebatur. (x) Et fractores pacis in genere impune poterant occidi in facto deprehenſi aut in fuga. (y)

§. XV.

*Errores doctorum circa explicationem* beſiebnen / *item* benufft.

Ex dictis hactenus facile patent errores JCtorum, qui vocem antiquam **beſiebnen**/ quod per ſuperius (z) dicta, nihil aliud eſt, quam reum convincere jurato cum ſex conjuratoribus, explicarunt vel de tortura, (a) vel de repetitione confeſſionis in tortura coram ſeptem teſti-

(t) Lib. 1. art. 39. Die ihr Recht mit Dieberey oder mit Raub verlohren haben/ob man ſie Dieberey oder Raubes anderweit beſchuldiget/ ſie mögen mit ihrem Eyde nicht unſchuldig werden / ſondern ſie ſollen haben dreyerley Wahl: Das heiſſe Eiſen zu tragen für ihre Unſchuld / oder aber in einen wallenden Keſſel zu greiffen biß an den Ellebogen: oder mit kämpffen ſich zu erwehren.

(u) Lib. 2. art. 8.

(w) Lib. 1. art. 62. 63. verſic. Ficht er aber zu Siege. Lib. 2. art. 8.

(x) Lib. 1. art. 50. 69.

(y) Lib. 2. art. 69.

(z) Supra §. IIX. lit. y. Wehnerus voce beſiebnen.

(a) Ut Petrus Frider. Mindanus citatus Wehnero dicto loco.

(b) Ut

teſtibus facta. (b) Et noviſſime gravius erravit Dattius, (c) dum duos olim modos probandi receptos fuiſſe docet, **daß benufften/** (d) **und beſiebnen/** in obſcuro tamen eſſe in quo conſtiterit modus probandi **der benufft/** nec eum modum exponere auſum eſſe autorem Actorum Lindavienſium. (e)

§. XVI.

Non patitur propoſitum, ut rationes veterum Germanorum ratione proceſſus criminalis hactenus recenſiti, exponamus, (f) neque animus etiam eſt, ejus circumſtantias omnes velle defendere; (g) Interim nullum eſt dubium, quin multa ſaltem pro ejus excuſatione poſſint afferri, ſi opus eſſet. (h) *Rationes proceſſus antiqui, ſed obiter.*

§. XVII.

Interim id certum eſt, non ſolum totum Speculum *Impugnatur Speculum Saxonicum a Pontificibus & Clero Pontificio.*



(b) Ut Kellerus ibidem. Conf. Beſoldum eadem voce.

(c) Dattius de pace publ. Lib. I. c. I. n. 67. ſeq.

(d) Nam benufften nihil aliud eſt, quam cum clamore accuſare reum in facinore deprehenſum. Vide ſupra d. §. IIX. lit. w. Ergo non erat modus probandi, ſed ſolennitas in accuſationibus ejusmodi facinorum adhibenda. Conf. Wehner. voce Acht-Gericht. Beſold. voce Zeter-Geſchrey.

(e) Cum tamen hic ſatis diſtincte pag. 652. n. 4. mentem ſuam ad eum modum, ut in litera præcedente fecimus, explicet.

(f) Multa nobis videntur abſurda quia cum moribus noſtris non conveniunt, quæ tamen ita nobis non viderentur, ſi cognitæ eſſent rationes, cur introducta fuerint.

(g) Sunt enim haud dubie inter illas aliquot, quæ multis abuſibus fuerunt obnoxiæ, ut non defendi poſſint.

(h) Scilicet barbaries & ſuperſti-

lum Saxonicum, ſed & mores proceſſus criminalis ibi expoſitos diſplicuiſſe Pontifici & clero Pontificio, adeoque Gregorius Papa (i) Bulla eum in finem edita Spec. Saxonicum damnavit; (k) & poſtea Concilium Baſileenſe (l) articulos quosdam reprobavit. Improbavit etiam

perſtitio illorum temporum, item nimium fortitudinis bellicæ ſtudium. Imo ſi comparare velimus nævos illius proceſſus cum nævis proceſſus inquiſitorii, forte absque multo labore doceri poſſet, nævos illos minores fuiſſe nævis cum proceſſu inquiſitorio introductis. Sed diſputationes comparativæ magis oratoribus ſunt relinquendæ.

(i) Gregorium IX. intelligit Gryphiander *de Weichbildis Saxonicis cap.* 47. *n.* 6. qui anno 1265. ſedi Romanæ præeſſe cœpit, adeoque ſi is autor eſſet, paulo poſt ſpeculum ab Epkone editum illud fulmen Papale fuiſſet emiſſum. Nam ipſum ſpeculum ſub Ottone IV. ab autore fuiſſe inceptum, ſub Friderico vero II. anno 1213. confectum & ab Imperatore confirmatum volunt Gryphiander c. 49. n. 14. Autor Actor. Lindavienſ. pag. 850. Conringius vero *de orig. jur. German. cap.* 30. intra primos quinquaginta annos Seculi XIII. Speculum fuiſſe conditum conjicit; idem Gryphiander d. c. 47. Diploma Gregorii IX. a Gregorio Papa X. renovatum fuiſſe ſtatuit, qui ſedi præfuit ab anno 1271. Conringius tamen bullam iſtam a Gregorio Papa XI. 1373. Avenione ex Gallia non tantum Carolo IV. Imperatori, ſed etiam Moguntinenſi, Colonienſi, Bremenſi, Magdeburgenſi, Pragenſi & Rigenſi Archi-Epiſcopis eorumque Suffraganeis Epiſcopis publicandam eſſe tranſmiſſam aſſerit *d. l. c.* 31. *p.* 192. Et ſimilia tradit Speidelius *in Speculo voce* Sachſen-Recht *p.* 1094.

(k) Extat illa bulla Gregorii, ſed abſque die & Conſule poſt ipſum Speculum Saxonicum a Zobelio editum.

(l) Sub Eugenio IV. Papa 1431. Gryphiander *d. c.* 47. Extant

etiam eosdem articulos D. Tammo Buxtorffius additis rationibus, (m) ſed cui tamen reſpondit D. Rudolphus Block Profeſſor Theologiæ Pariſienſis. (n)

§. XIIX.

*Damnati articuli de probatione criminum vulgari.*

Uti vero haud dubie primaria ratio, cur Speculum Saxonicum diſpliceret Pontificio Clero, illa fuit, quod autor, ut bonum Imperii civem decet, Imperatoris jura jam tum vellicari cœpta ſtrenue propugnaverit; (o) Ita tamen etiam hac occaſione damnati ſunt articuli probationem, quæ in jure Canonico vulgaris dicitur, reſpicientes. (p)

§. XIX.

*Probationum vulgarium variæ ſpecies.*

Probationum harum (q) genera olim varia erant: non

C 3

tant illi articuli ibidem in fine Speculi Zobeliani.

(m) Gryphiander *d. l.* Extat ſcriptum Buxtorffii *ibidem*

(n) Gryphiander *d. l.* qui & hujus Blockii ſcriptum extare teſtatur. Sed a nobis non viſum. Alias forte illud nonnulla nobis ſuppeditare potuiſſet ad illuſtranda ea, quæ ſtatim annotabimus.

(o) Gryphiander *d. c.* 47. *n.* 3. Huc pertinent ex articulis reprobatis in Concilio Baſileenſi 2. 3. & 4. qui ſunt in articulis Buxtorffianis 18. 19. 20.

(p) Scilicet in Baſileenſ. art. 5. 6. 8. 9. In Buxtorffianis 2. 4. 5. 6. 7.

(q) Vocabantur judicia Dei GOttes Urtheil/ unde antiquitus dicebantur Ordalia. Videantur de his Spelmannus, & du Freſnius *in Gloſſariis*, Speidelius & Beſoldus *voce*, ausfordern/ glüend Eiſen tragen/ Kampff-Recht/ Waſſer-Urtheil. Schottelius *de antiq. quib. Germ. jurib. c.* 28. Dattius de pace publ. Lib. 1. c. 1. Anton. Matthæi *in manuduct. ad Jus Canon. tit. de purgat. vulg. & Canon.* Joh. Joach. Maderi *Diſſert. de duello ut Ordalii quondam ſpecie.* In Bibliotheca Guelpherbytana eſt quidam Codex Mſc. ubi ſinguli actus & ritus in duellis ejusmodi judicialibus olim in Franconia permiſſis penna

non ſolum duellum, (r) ſed & probatio per aquam frigidam, (ſ) item calidam, (t) ferrum candens, (u) caſibro-

penna eleganter depicti ſunt.

(r) Cujus deſcriptio eſt in Spec. Saxon. *Lib.* 1. *art.* 63. In dicto Libro Mſc. adjectæ etiam ſunt picturæ varios actus & ritus deſcribentes, olim in duellis judicialibus inter marem & feminam uſitatos, de quibus alii autores tacent. Der Mann ſtehet in einer runden etwas weiten Gruben in der Erde bis an den Gürtel/ hat in der rechten Hand einen Kolben mit dem er nach der Frauen ſchägt/ er darff aber nicht heraus gehen/ noch der Frauen nachlauffen/ auch nicht einmal mit der freyen Hand ſich an die Grube oder das Erdtreich anhalten/ bey Verluſt des Sieges. Die Frau hat einen Schleyer in der Hand in welchem vornen ein Stein von etlichen Pfunden geknüpft iſt/ womit ſie nach dem Mann ſchlägt. Wenn die Frau dem Mann hinter den Rücken kommen kan/ bemühet ſie ſich deſſen Kopf hinterwerts aus der Gruben zu ziehen und ihn zu würgen; parirt der Mann den Schlag mit dem Schleyer mit dem Kolben aus/ ſo umwickelt ſich der Schleyer um den Kolben/ und erlangt die Frau dadurch Gelegenheit/ dem Manne den Kolben aus der Hand zu reiſſen. Parirt aber der Mann den Schlag mit dem lincken und freyen Arm aus/ ſo umwickelt ſich der Schleyer um den Arm/ und hat der Mann alſo Gelegenheit die Frau zu ſich an die Grube zu ziehen/ da er dann trachtet/ die Frau in der Mitte des Leibes zu faſſen und ſie in die Grube zu ziehen auch zuweilen umzuköpeln. &c.

(ſ) Scilicet reus manibus pedibusque ligatis flumini imponebatur. Si ſubmerſus fuerit, pro innocente declarabatur, ſi vero ſupernataverit, nocens habebatur. Interdicitur jam hic modus probandi in legibus Longobardicis *Lib.* 2. *tit.* 55. §. 31. Sed novioribus Seculis iſte modus iterum introductus fuit in proceſſu inquiſitorio contra ſagas,

brodium, (w) crucem. (x) &c. (y) Ex his duellum ſolum

ſagas, unde etiam vocari ſolet die Hexen-Probe / peculiari ſcripto defenſus a Guilhelmo Adolpho Scribonio Marpurgi 1558.

(t) Vid. Lex Friſionum *tit.* 3. §. 4. leg. Longobard. *l.* 1. *tit.* 9. §. 29. 35. & 39. Capit. Carol. & Ludov. *lib.* 4. *app.* 2. *c.* 33. Mittebatur brachium Rei ad cubitum uſque in aquam bullientem, & poſt triduum examinabatur, an læſum eſſet.

(u) Reus cogebatur ferrum candens nudis manibus aliquot paſſus bajulare. Tum manus linteo obvolvebatur & publico Sigillo ſignabatur. Poſt triduum removebatur linteum, & ſi manus illæſa eſſet, declarabatur innocens, ſi vero in veſtigiis ferri ſanies crudeſcens reperiretur, habebatur de crimine convictus. Affinis huic erat probatio per vomeres ignitos nudis pedibus calcatos, de qua vide Du Freſnium ſub voce *Vomeres igniti*; item per miſſionem manus in ignem. Capit. Car. M. ad legem Salicam *c.* 5. Lege Angliorum & Werinorum *tit.* 14. Leg. Longobard. *lib.* 1. *tit.* 10. §. 20. item Leg. Ripuariorum *tit.* 30. §. 1.

(w) Dabatur panis hordeaceus cum caſeo quem ſi deglutiret Reus, habebatur pro innocente, ſi deglutire non poſſet, pro nocente.

(x) Stabant Rei ad crucem expanſis brachiis per certum tempus immobiles, ſi pro innocentibus haberi vellent, quod ſi vacillarent, habebantur pro convictis. Vide Spelmann. & Du Freſnium ſub voce *crucis judicium*. Huc pertinet locus ex Epiſtola Agobardi allatus a Dattio L. 1. c. 1. n. 27. ſeq.

(y) Sic Gregorius Turonenſis *Hiſt. Franc. lib.* 2. *cap.* 1. refert, Briccium quendam Epiſcopum Turonenſem de fornicatione ſuſpectum ardentes prunas in byrrhum ſuum conjectas ad tumulum Beati Martini absque ulla veſtimenti læſione pertuliſſe. Item Delrio *diſquiſ. Magic. L.* 4. *c.* 4. *Sect.* 4. ex Paulo Æmylio, Cranzio & Baronio narrat Clericos quosdam pro proba-

lum pro invento Cleri haberi nequit, (z) cum reliquæ probationes vulgares a Clero, ſi non inventæ, tamen diu ſatis non ſolum toleratæ, ſed & approbatæ, fuerint. (a)

§. XX.

probatione innocentiæ rogum ardentem conſcendiſſe, veſtem cera prius copioſe illitam in proprio corpore combuſſiſſe per medias flammas aliquot paſſus ſine periculo ambulaſſe. Huc pertinet modus alius, cujus meminit Lex Friſionum *tit.* 14. de duobus bacillis, quorum alter ſigno crucis ſignatus erat, lana munda obvolutis & ſuper altari vel reliquiis Sanctorum poſitis, atque inde a Presbytero vel puero innocente ſublatis &c. Item purgatio per uſum ſacræ cœnæ cujus mentio fit *in Can.* 23. & 26. *C.* 2. *qu.* 4. quamvis Pontificii hunc modum referant inter probationes Canonicas.

(z) Erat enim hic modus probandi innocentiam ſuam in uſu apud populos plerosque Septentrionales, etiam antequam ad fidem Chriſtianam converterentur, puta apud Germanos, Francos, Saxones, Anglos, Danos, Moſcovitas &c. Vid. Speidel in Speculo ſub voce Kampff-Recht. Leg. Alemann. *tit.* 44. §. 1. Longobard. *L.* 1. *tit.* 9. §. 39. Capit. Caroli & Ludovici *Lib.* 4. *App.* 2. *c.* 23. Et tam univerſalis hujus probationis uſus invaluerat, vt vix Clerici & Monachi Campionibus pro ſe datis certamina iſta effugere poſſent. Datt. *d. c.* 1. *n.* 30.

(a) Patet id non ſolum ex hactenus dictis, ſed etiam ex formulis Adjurationum & Exorciſmorum, quibus utebatur Clerus in judicio aquæ ferventis & frigidæ, item Caſibrodii, & Ferri candentis, quas exhibet Lindenbrogius *in Cod. LL. antiqu. p.* 1299. *ſeqq.* Hinc non ſine cauſa notavit Spelmannus *p.* 392. *ſi Dei digito regerentur iſtæ prabationes, cur aliquando abolitæ ſunt, ſin minus, cur usque adeo in Eccleſia toleratæ.*

(a) Vid.

§. XX.

Jam quod duella attinet judicialia, quamvis jam ab aliis (a) oſtenſum fuerit, ea in Republica bene conſtituta non eſſe permittenda, nec quicquam pro eorum licentia faciat, ſi urgeas, ea fuiſſe adhibita in caſu deficientis probationis, ubi ceſſant judicia; (b) non potuerunt tamen ea tanquam malum firmiter radicatum per Cano-

*Duella judicialia demum ſucceſſu temporis abrogata.*

D

(a) Vid. B. Jacob. Thomaſium Tom. IX. Obſerv. Select. Hallenſ. obſ. v. ubi diſputat adverſus Joh. Bodinum & Viſcherum.

(b) Ita non ſolum apud Germanos, ſed & alios populos ſeptentrionales maxime veroſimile eſt, duella hæc judicialia ſaltem initio non aliis in caſibus fuiſſe admiſſa, quam ſi actor probare non poſſet accuſationem. Conf. ſupr. §. *XI. & d. Obſ.* 5. §. 13. At vero deficiente probatione ceſſant judicia, quia hoc caſu judex non poteſt non reum abſolvere, qui tamen revera reus eſt. Quemadmodum autem in ſtatu naturali, ubi nullus judex adeſt, cuilibet licet injuriam ſibi illatam ſecundum arbitrium proprium vindicare bello, ita putarunt Veteres, in caſu deficientis probationis reviviſcere ſtatum naturalem, adeoque partibus litigantibus concedendam eſſe poteſtatem rem controverſam duello dirimendi. Atque hoc præſuppoſito non videntur obſtare, quæ communiter adverſus juſtitiam duellorum afferri ſolent. Etſi enim dicatur in *L.* 13. §. 3. *ff. de Uſufr. Cur ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos jurisdictione ſua poteſt componere.* Item *in L.* 14. *C. de Judæis. Idcirco Judiciorum vigor jurisque publici tutela in medio videtur eſſe conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſe permittere valeat ultionem:* & in *L.* 176. *pr. de R. J. Non eſt ſingulis ſeu privatis concedendum, quod per publicas perſonas ſeu magiſtratus fieri debet, ne occaſio ſit tumultus.* Etſi ex his principiis Caſſiodorus

dorus *Epiſt.* 10. *Lib.* 4. ſcribat, *ea propter legum reperta eſt ſacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu.* Et Quintilianus, adducente hunc ejus locum Beſoldo *in Theſauro voce* Ausfoderung. *Nunquam vel raro Reſp. eſſet pacata, ſi unicuique integrum foret quoties injuria aliqua oneretur in arenam deſcendere, cum tamen injuriæ compenſatio juri non tantum inimica ſed etiam paci. Eſt enim lex, forum, judex, niſi quem jure vindicare pudet.* Vereor tamen, ne hæc omnia pro duellorum licentia inverti poſſint per argumenta a contrario, quia illi textus omnes ſupponunt, quod quis via judiciali injuriam illatam, non deficiente videlicet probatione, vindicare poſſit. Habet ſpeciem hæc objectio, adeoque non negligenda fuit, inprimis cum non ſit propoſita nec reſoluta in *d. Obſerv.* 5. Et valeret forte aliquid ad excuſandos majores noſtros, aut in comparatione duellorum judicialium cum tortura. Sed ad defenſionem & commendationem eorundem nihil conferre ſic paucis evincimus. Initio in quæſtione de juſtitia bellorum in genere media ſententia tenenda: ne cum Anabaptiſtis putemus, omne bellum eſſe illicitum, contra quos latius diſputavit Grotius *Lib.* 1. *de J. B. & P.* c. 2. & ne cum communi turba omne bellum, etiam quod ob injuriam illatam geritur, putemus eſſe juſtum, utile, honeſtum; nam & in modo belligerandi poteſt peccari & in intentione: (Conf. Grot. *toto Lib.* 3.) ne putemus omne bellum, cui injuria ab altera parte illata prætexitur, eſſe juſtum; ne putemus, omne bellum juſtum eſſe utile & ſuadendum. (Conf. *Luc. XIV*, 31. 32.) Ergo uti ex dictis ſequitur, pauciſſima bella eſſe vere juſta, ita experientia teſtatur & recta ratio, adhuc pauciora bella, quamvis juſta, eſſe utilia. Unde dictum Poetæ *Nulla ſalus bello* &c. (Conf. Eraſmum *in Adag. Dulce bellum inexpertis. In Collect. Adag. f. m.* 295. *ſeq.*) Adde quod in Republica non ſolum ea ſint ſequeſtranda, quæ in ſtatu etiam naturali parum forent utilia, ſed & in ſpecie eo nitendum, ut ceſſent ea, quæ

Rem-

Canones Juris Pontificii & Leges Imperatorias ſtatim extirpari, (c) donec tandem ſucceſſu temporis ab hoc malo liberata eſt Reſpublica Germaniæ.



Rempubl. facile ad ſtatum rurſus naturalem reducere poſſunt, cum ea propter imperfectionem ſtatus naturalis introducta ſit & conſervanda. At vero permiſſo bello judiciali mores civium quotidie magis feri quam pacati redduntur. &c. Porro iniquitas duellorum judicialium creſcit, quod modum hunc cauſas controverſas finiendi ſoli ſtatui naturali proprium tractaverint Majores noſtri, ut modum probandi judicialem, nec reliquerint partibus litigantibus duellum, ut modum ſtatus naturalis ubi judicia ceſſent, ſed effecerint exinde partem proceſſus judicialis, atque ſic miſcuerint quadrata rotundis. Denique cauſa primaria, cur apud populos Septentrionales duella hæc judicialia fuerint recepta, videtur adſcribenda eſſe nimio ſtudio virtutis bellicæ, & quod finem Rerumpublicarum ſuarum primarium in ea poſuerint. At vero tales Reſpublicas ad ægrotantes eſſe referendas, etiam Ariſtoteles demonſtravit. Vide adhuc alia eum in finem collecta in Hertii *Elementis prudentiæ civilis Part. II. Sect. II. §. 6. in fine & ibi in nota 2.*

(c) Huc pertinent ex Jure Canonico *t. t. de purgatione vulgari & Canonica.* Friderici II. Conſtit. Siculæ *tit.* 31. 32. & forte etiam Germanicæ Datt. *d. c.* 1. *n.* 59. Quod vero illi canones & conſtitutiones Imperatoriæ exiguum habuerint effectum, probant varia privilegia, quæ civitates quædam Germanicæ a Rudolpho, Adolpho, Carolo IV. Friderico III. adverſus hæc duella judicialia impetrarunt recenſita a Dattio *d. c.* 1. *n.* 34. *ſeq.* Et Goldaſtus ſcribit *Tom. I.* der Reichs-Satzungen *pag.* 315. ad huc anno 1450. duellum judicialiter per ſententiam in judicio Rothwilenſi eſſe approbatum & ordinatum, quin & ordinationem Franconicam vom Kampff-Recht/ (quam refert *ibidem fol.* 236. *ſeq.*) duraſſe

§. XXI.

*Facilius probationes per ignem, aquam ferventem & frigidam.*

Ordaliorum reliquorum abrogatio facilior fuit Clero, cum ab ejus auctoritate pene tota dependerint. (d) Igitur poſtquam in Concilio Lateranenſi anno 1216. prohibiti fuerint Clerici, ne purgationi per aquam ferventem vel frigidam ſeu ferrum candens aſſiſterent, & formulas Exorciſmorum pronunciarent, (e) & proceſſus inquiſitorius ſimul eo tempore ab Innocentio III. (f) introductus & cum eo tortura loco probationum ejusmodi vulgarium invecta fuerit, (g) pedetentim & illa orda-

raſſe adhuc & in uſu fuiſſe usque ad ſua tempora. Nec mirum cum ipſe Clerus non obſtantibus prohibitionibus canonicis in actu ipſo duellandi, vel paulo ante, partibus pugnantibus Sacram Cœnam adminiſtrare ſecundum mores vom Kampff-Recht/ ſolitus fuerit, (vid. libellum in Bibliotheca Gvelpherbytana ſupra citatum) & fabulas effinxerit ſatis craſſas de aſſiſtentia divina extraordinaria & prope miraculoſa in ejusmodi duellis, qualis eſt illa apud Delrium *Diſq. Mag.* 4. *q.* 4. *Sect.* 2. *p.* 613. de ſene paralytico juſſu Angelico Judæum ad duellum provocante & per miraculum vincente. Conf. d. Obſ. 5. Halenſ. §. 18.

(d) Vide ſupra §. 19. *lit. z.* Huc pertinet etiam *canon. Qui Presbyterum* 24. *C.* 17. *q.* 4 ex Concilio Moguntino. *Qui Presbyterum occiderit, &c. ſi negaverit, ſi liber eſt, cum ſeptuaginta duobus juret; ſi autem ſervus, ſuper duodecim vomeres ferventes ſe expurget.*

(e) *Cap. Sententiam ſanguinis 9. X. ne clerici vel monachi ſecul. ſe negotiis immiſceant.*

(f) Ut modo Amicus *peculiari Diſſert. inaug. ſub Dn. Præſide oſtendit.*

(g) Mirum alicui videri poſſet, quod torturæ uſum clero Pontificio & proceſſui inquiſitorio a clero invento adſcribam, cum tamen tortura jam jure Romano &

no & Juſtinianeo fuerit introducta & in jure Canonico nihil legatur de torturæ uſu in criminibus. Unde etiam Schilterus *ad tit. ff. de quæſtion.* putat, uſum torturæ in criminibus una cum jure Romano tranſiiſſe ad Germanos. Sed non muto dicta in theſi. Conſtat enim ex hiſtoria proceſſus inquiſitorii, quod tortura in eo a clero Pontificio ſit introducta & approbata, & quamvis Ignocentius IV. qui adhuc ſub Friderico II. ſedi Romanæ præfuit, juſſerit, torturam hæreticorum expediendam eſſe a judicibus laicis, ne tamen arcana proceſſus inquiſitorii propalarentur, Urbanus IV. qui ſub imperii Romani ſtatu perturbato & interregni tempore Pontifex fuit, conſtituit, ut epiſcopi poſſent reos hæreſeos torquere, conceſſa illis inſuper facultate, ut ſi contingeret quandoque irregularitatem contrahere, mutuo ſecum poſſent diſpenſare. Limborg. *Hiſtor. inquiſ. cap. 29. p.* 320. Unde poſtea Idem *cap.* 42. ubi enumerat injuſtitias & crudelitates, quæ in tribunali inquiſitionis committuntur, *p.* 381. eo etiam refert, quod ipſis etiam adeo parata ſit tortura in detegendo crimine occulto, & quod in animo latet, imo, quod ideo velint torturam debere eſſe paratiorem, quia crimen aliis criminibus occultius ſit, cum tamen JCti torturam non adhiberi regulariter velint, niſi quando crimen ſufficienter ſit probatum, ut ſola fere deficiat rei confeſſio; item quod doceant, ad torturam deveniendum eſſe, ſi ſaltem ſemiplena adſit probatio v. g. vacillatio rei, diffamatio, aut unus teſtis de ſcientia, aut alia indicia vehementia, ſed a judicis arbitrio nimis laxo dependentia. &c. Adde de injuſtitia torturæ Anton. Matthæi *ad Lib.* 48. *ff. Tit.* 16. *c.* 5. *p.* 724. *ſq.* & Auguſtinum de Civit. Dei *Lib.* 19. *c.* 6. *Quid cum in ſua quisque cauſa torquetur, & cum quæritur, utrum ſit nocens, cruciatur, & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas pœnas, non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur. At per hoc ignorantia judicis plerumque eſt calamitas innocentis. Et quod intolerabi-*

ordalia deſierunt, imprimis cum illa regulariter uſurpata fuerint adverſus perſonas viliores; (h) quamvis tamen per Concilium Lateranenſe non ſtatim abrogatio effectum fuerit nacta. (i)

§. XXII.

*Diſplicuit etiam Papæ, quod reus non deprehenſus non poſſet convinci per teſtes.*

Diſplicuit etiam Pontifici ejusque Clero, (k) quod reus in facinore non deprehenſus moribus Saxonicis non potuerit convinci per teſtes, (l) quamvis non videatur

*liùs, magisque plangendum, rigandumque, ſi fieri poſſet, fontibus lachrymarum, cum propterea torqueat judex accuſatum, ne occidat neſciens innocentem, ſit per ignorantiæ miſeriam, ut & tortum & innocentem occidat, quem, ne innocentem occideret, torſerat.* Poſtquam igitur Clerus Pontificius in crimine hæreſeos loco purgationis per ferrum candens & aquam ferventem &c. adhibere inciperet torturam, imo ipſe contra regulas hactenus receptas torqueret in crimine occulto, facile perſuadebantur judices ſeculares in illis ſuperſtitioſis temporibus, ut facta cleri, quæ indiſtincte pro ſanctis & juſtis habebant, imitarentur, & ita torturam etiam applicarent in criminibus ſecularibus, ubi facta eſſent occulta, loco illarum probationum vulgarium.

(h) Vide ſupra §. 13. *& hic dicta lit. d.*

(i) Vid. *Cap. 3. de purgat. vulgari* Honorii III. qui ſucceſſor fuit Innocentii III. poſt Concilium Lateranenſe. Et adhuc in ſeculo ſequente decimo quarto uſum ordaliorum horum non penitus fuiſſe extinctum docet, quod in Concilio Palentino anno 1322. patres opus habuerint, pœnam excommunicationis dictare illis, qui ferrum candens, aut aquam ferventem in probationibus criminum adhiberent. Gonzalez. Tellez *ad d. cap. 3. in Commentar.*

(k) Vide in *Baſileenſ. art. 1.* & in *Buxtorffianis art. 1.*

(l) Vide ſupra §. 13. *lit. f.* Ex Jure Provinciali Saxonico *art. 18. lib. 1.* Dreyerley Recht behielt

deatur bene percepiſſe mentem ſpeculi, aut ex lubidine contorte illud explicaſſe. (m) Ideo Epiſcopi ad abolendam hanc, ut putabant, iniquitatem, tempeſtive proceſſum inquiſitorium huic caſui applicarunt. (n)

§. XXIII.

behielten die Sachſen wieder Caroli Willen ꝛc. Das andere/ daß alles/ was ein Mann vor Gericht nicht thäte/ wie wiſſentlich das ſonſt wäre / deſſelben möchte er mit ſeiner Unſchuld entgehen / und man möcht ihn das nicht überzeugen. Forte etiam huc pertinent ex *Lib.* 1. *art.* 48. *verba*: Mit Kampff mag ſich ein Mann wol retten/ mit Kampff aber mag er einen unbeſcholtenen Mann an ſeinen Rechten nicht bereden.

(m) Unde ſcripſit Hoſtienſis: Saxones habere talem legem, quod fur abjuret furtum dextra, ſiniſtra illud tenens. vide Speidel. *voce* Kampf *in fine*. Sed hanc explicationem Hoſtienſis eſſe cavillatoriam docebit *Lib.* 2. *Jur. provinc. Saxon. art.* 36. qui prolixe agit de re furtiva apud alium altero die inventa. Idem judicandum de alia explicatione cujusdam Johannis Hocſemii, quam exhibet Datt. *Lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 62. Lex *quædam per abuſum longis temporibus uſurpata, quæ Lex Caroli dicitur, inter cætera continens, quod ſi quis hominem interficeret, etiam videntibus villico & Scabinis, niſi villicus factum hoc verbaliter poneret in cuſtodia Scabinorum* (i. e. niſi cum clamore reum ſtatim accuſaret, *vide ſupra* §. 8. non ut Dattius *ibidem* exponit ex Jure Suevico: Man habe die That mit den Schöpffen beſetzen müſſen) *etiamſi malefactor caput interfecti ſub ſua veſte portaret, ad judicium accuſatus nullis probationibus convinci poterat, ſed ſuo ſe juramento purgans abſolutus recedebat impune.*

(n) Sic enim pergit iſte Hocſemius. *Contra quam legem Epiſcopi ex alto dominio contra maleficos introducta rationabili conſuetudine inquiſitione facta per teſtes, exceſſus ſecundum facti merita puniebant, ſed hac ſolum*

*contra*

§. XXIII.

*Status proceſſus criminalis in Germania Seculo XIV. & initio ſecundum Speculum Svevicum.*

Pergo ad ſeculum XIV. Hoc ſeculo cum veroſimiliter collectum ſit ſpeculum Svevicum, (o) videndum erit ante omnia, an hic multa ſint mutata quoad proceſſum criminalem. Non obſervabimus equidem omnes minutias, ſed ſecundum normam hactenus dictorum deprehendimus, parum diverſi hic diſponi de judicibus criminalibus, (p) item de pœnis; (q) in accuſa-

*contra miſeros utebantur. Nam quoties potens in terra deliquerat, Carolinæ legis auxilium implorabat, & ſic delicta plurima frequenter impunita manebant.* Vides ſimul, qua ratione pedentim proceſſus inquiſitorius in Germania fuerit introductus.

(o) Conring. de orig. jur. German. cap. 30.

(p) Imo inſervire videtur hoc ſpeculum quandoque ad explicanda ea quæ dubium intellectum habent in ſpeculo Saxonico, quamvis & hic non nimis ſit fidendum collectori hujus ſpeculi, utpote de quo plura indicia ſunt, eum magis ſollicitum fuiſſe de moribus juris Romani aut peregrini, quam patrii. Ita v. g. ſupra §. 9. egimus de pœnæ zu Haut und Haar & de judice pagano eam in rem conſtituto *lit. e. & f.* Idem diſponitur in Jure Svevico *cap.* 84. Porro *ſupra* §. 8. *lit. a.* dubitavi quid ſit Frohn-Bote / an idem cum carnifice. Hic ſi Speculum Svevicum conſulas *cap.* 25. 26. 35. §. 3. item. *cap.* 94. nulla ratio dubitandi videtur ſupereſſe, quin Frohn-Bote ſit miniſter juſtitiæ non tantum in citatione ſed & in executione pœnarum capitalium. An vero rem hic acu tetigerit collector ſpeculi Svevici, alii tempori diſcutiendum reſervo. Certe in *d. c.* 35. §. 3. dicitur: Kein Herr mag keinen Frohn-Boten han / er ſy dann fry / und ſoll darzu belehnet ſyn zu den minſten mit einer halben Haube (i. e. Huffe) Jam confer *d.* §. 8. *lit. a.* Illud tamen notabile, quod cum in Seculo

cuſatione tamen rei in facinore deprehenſi non memoratur clamore fuiſſe opus, nec ſeptem præciſe teſtibus, hunc defectum tamen ſuppletum fuiſſe durch den wah-



Seculo XIII. Epiſcopi regulariter nondum præeſſent judiciis capitalibus, ſed hæc ad ſecularia negotia adhuc referrentur, & ita Magiſtratibus ſecularibus relinquerentur, invento poſtea proceſſu inquiſitorio & data poteſtate Epiſcopis, ut ſine metu irregularitatis potuerint præeſſe torturis, (vid. ſupra dicta *lit. g. ad* §. 21.) pededentim etiam cœperint exercere totum proceſſum criminalem etiam cauſarum ſanguinis & capitalium, ut videbimus in ſequentibus. Tempore vero collectionis Speculi Suevici nondum videntur eam poteſtatem impetraſſe Epiſcopi. *Vide capit.* 85. §. 2. *&* 3.

(q) De pœnis capitalibus & non capitalibus in genere agit *capit.* 115. 117. 149. In ſpecie de pœna homicidii *cap.* 67. fractæ pacis *cap.* 139. 153. parricidii *cap.* 231. furti *cap.* 148. 162. 184. 186. 204. §. 1. 2. *cap.* 213. ſtupri violenti *cap.* 350. 351. hæreſeos *cap.* 348. concubitus Judæi cum chriſtiana *cap.* 349. de variis pœnæ pecuniariæ ſpeciebus, vel ſimilis *cap.* 397. Deprehendes hic aliquot pœnas antiquioribus Germanis ignotas additas a collectore vel pro lubitu partim ex Jure Moſaico, partim ex Jure Juſtinianeo aut Canonico. Huc pertinet *tot. cap.* 149. ex Lege Moſaica; pœna ſuffocationis ſub aqua *cap.* 231. pœnæ furti manifeſti, & nec manifeſti, ſcilicet dupli & quadrupli ex Jure Romano, item pœnæ varIantes in ſtupro violento, prolixior deſcriptio pœnæ hæreticorum, item pœna concubitus Judæi cum Chriſtiana in capitibus modo citatis. (Quoad hoc ultimum adde Wiſſenbach *ad Cod. tit. de Judæis & Cœlicolis* §. 2. *in fin.*) Eſt & pœna durior fidejuſſoris in cauſa capitali in *cap.* 328. quæ non niſi in cerebro compilatoris videtur eſſe excogitata: ut adeo etiam ex his obſervationibus illuſtretur ſententia Dn. Præſidis alibi adverſus

ren Schub (r) id eſt per indicium rei furtivæ vel per vim

doctrinam Schilteri deducta, ſpeculum Svevicum longe recentius eſſe ſpeculo Saxonico. Imo compilator poſterioris non videtur comparandus cum Repkovio compilatore ſpeculi Saxonici. Hic enim laboravit ſaltem nævis illius ſeculi communibus omnibus ſcriptoribus. At hic ubique oſtentat ſtudium varia abſque judicio conſcribillandi. Ut mox aliud exemplum dabimus *lit. z.*

(r) *Cap.* 163. §. 3. Wen man mit Handgethat begriffet / den ſoll man für Gericht führen: und iſt das alſo / daß er jemand gewundet hat oder ihn erſchlagen hat / was ächt es iſt ohne Diebſtahl und ohne Raub / man ſoll ihn ſelb dritt überzeugen. Geht es ihm an den Leib / man ſoll ihn mit ſieben Mannen überzeugen / und gat es ihm an die Hand / man ſol ihn mit zweyn zu ym überzeugen. Hat man der Zeugen nicht / ſo ſoll man kämpffen / als hiervor geſprochen iſt. Hic ut taceam contradictionem inter dicta de tribus & ſtatim de duobus teſtibus, non videtur etiam mores patrios recte intellexiſſe & duellum ad accuſationem in crimine flagranti applicaſſe contrà ea quæ ſuperius diximus §. 11. & tamen Handgethat deſcribitur *cap.* 169. ex ipſo ſpeculo Saxonico. Item *cap.* 162. §. 5. Von Diebheit und von Rauben. Spricht man Sie (die Thäter) an / und mag ſie des überkommen mit dem Schub / oder mit den Zeugen / ſo richt man über ſie als das Buch ſagt. Hat man aber weder Gezeugen noch Schub / ſo ſoll man ſeines Eydes nicht nehmen als eines frommen Mannes: Man ſoll ihm drey Wahl vortheilen / die Waſſer-Urtheil oder das heiß Yſen uf der Hand zu tragen oder in einen wallenden Keſſel mit Waſſer zu gryffen / uncz an den Elenbogen ꝛc. Conf. *dicta ſuperius* §. 13. *lit. t.* Item *cap.* 172. §. 3. Man ſoll auch zu einen todten Mann / der ohn die Diebheit oder Raub erſchlagen wird / richten als umb die Nothwehr / es ſy denn alſo / ob man den Raub oder die Diebheit bey ihm begriff / und hat man den Schub / man

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-322248-p0036-4

vim ablatæ reo impoſitæ, (ſ) quod veroſimiliter ex proceſſu inquiſitorio Cleri fuit huc translatum, (t) quanquam parum convenienter, cum hæc impoſitio ſaltem videretur quadrare ad crimen furti & rapinæ, non vero ad homicidium, ſtuprum violentum &c. (u) ut taceam



man ſcheubet ihn auf den Todten als wenn er lebet ꝛc. item *cap.* 190. iſt daß er (der Rauber) das leugnet / man ſoll ihn des Raubes überkommen mit den Schub / ob man ihn hat. Hat man des Schubes nicht / man ſoll ihn überzeugen mit ſieben Mannen / mag man der nicht haben man überzeuget ihn mit dryen Mannen ꝛc.

(ſ) Per textus modo dictos. Vide etiam autorem der Lindauiſchen Acten *pag.* 653. *ſeq.* Dattius iterum aberravit paululum *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 71. dum den wahren Schub explicat de deprehenſione rei in crimine flagranti aut indiciis aliis perpetrati contra pacem publicam latrocinii, incendii, ſimiliumque delictorum. Adde *capit.* 160. §. 2. Es geſchiehet offt / daß man diebig oder raubig Gut in eines andern Gewalt findet / und ſcheubet es auf einen andern / und der auch auf einen andern / und alſo dick wird es geſchoben / uncz es kommet an den der es verſtohlen oder geraubet hat / uff den ſoll man es ſchieben / und ſoll jener des ſchweren / daß es ihm geſtohlen ſy worden oder geraubet / und wan das geſchehen iſt / ſo ſoll man ihn drumb hencken ꝛc. Dem Richter wird von allen den Gericht nicht / wann der Schube / daß iſt etwa Gewohnheit / von einen Pfund dreyßig Pfenning / etwa mehr oder minder / von einem Viehe einen Schilling ꝛc.

(t) Vide ſupra dicta §. 22. *lit. n.* Indicia enim ejusmodi contra mores juris patrii (vid. Spec. Saxon. *Lib.* 2. *art.* 36.) repugnant etiam rectæ rationi, quia multi poſſunt eſſe caſus, ut res furtiva apud aliquem inventa non arguat ipſum auctorem furti fuiſſe.

(u) Vide textus *lit. r.* deſcriptos, ubi ſatis diſerte reſtringitur ad furtum & rapinam.

indicium illud variis limitationibus fuiſſe obnoxium. (w) Cæterum illis temporibus duella judicialia (x) & purgationes vulgares reliquæ per ferrum candens &c. (y) item declaratio in bannum contra contumaces abſentes (z) adhuc inuſu fuere.

XXIV.

nam. Additur quidem in *cap.* 210. §. 1. Da ein Menſch den andern Menſchen ſtihlt/ das iſt auch Diebheit und wird es in ſeiner Gewalt begriffen / man ſchiebet es auf ihn als andere Diebheit / und wie junck er iſt / oder wie arm er iſt / man ſoll ihn darum hencken. Sed hic non agitur de homicidio, & obſcurum eſt, quomodo homo plagio interceptus imponi potuerit reo, item equus, & alia pecora furtim ablata, Conf. *cap.* 160. §. 2. modo lit. s. deſcriptum.

(w) Nec eſt quod dicas, illum haberi pro fure, qui non poteſt rem furtivam auf einen anderen ſchieben. Quidſi enim ille alius autor, a quo rem accepit, ſit abſens, quid ſi neſciat autorem, v. g. ſi rem furtivam publice emerit. Conf. Jus Saxon. *d. lib. 2. art.* 36.

(x) De duellis judicialibus plura ſunt capita in Speculo Svevico, ex quibus lucem accipiet fortaſſe in aliquibus Speculum Saxonicum. Vid. Spec. Svevic. *c.* 112. §. 2. *c.* 166. 167. 170. 171. 172. 173. 174. 209.

(y) Vide *cap.* 162. §. 5. ſupra *lit. r.* deſcriptum. Adde *c.* 208. quod oſtendit, ſi conferatur cum dicto *cap.* 162. §. 5. quam inconſtans ſit compilator in deſcribendo proceſſu criminali ſuorum temporum. Illud enim totum eſt deſumtum ex Jure Saxonico ſupra §. 13. *lit. t.* allato, niſi quod plane impertinenter dicat: Man ſoll Ihn drey für teylen das hyß Yßen/ die Waſſer Urtheil oder den wallenden Keſſel / oder mit einen Kampffen ſich zu weren. Ita vero loco trium afferuntur quatuor probationes vulgares. Nam das Waſſer Urtheil/ ſcilicet per aquam frigidam ipſe appoſuit, quod non extat in Jure Saxonico.

(z) Huc pertinet *cap.* 1. §. 1. *cap.* 2. §. 2. *cap.* 3. *cap.* 92. §. 2. & 3. *cap.* 97. 99. 150. 151. 155. 156. 157. 178.

## §. XXIV.

Sed forte diſtinctiorem cognitionem de ſtatu proceſſus criminalis in ſeculo XIV. dabunt diplomata privilegiorum illo ſeculo a variis Imperatoribus variis conceſſorum. Huc pertinent privilegium Friderici Auſtriaci Anti Cæſaris Civitati Lindavienſi datum 1321. (a) *Secundo, ſecundum varia privilegia ab Imperatoribus illo ſeculo conceſſa.*

 &

157. 178. In *d. cap.* 92. §. 3. autor ita: Daß man niemand verachten (id eſt in die Acht erklären) ſoll oder Urtheil über ihn ſprechen ſoll/ ihm werd dann für geboten/ das ſoll man bewehren mit dem Buch Scholaſtica Hiſtoria, da findet man es/ da man lieſet von unſers HErrn Marter ꝛc. Die Juden ſprachen zu den Boten: Warum führet ihr ihn nicht mit euch/ da ſprachen ſie/ wir finden keine Schuld an ihn. Da ſtrafften ſie die Boten und ſprachen. Ihr ſynd verleytet ꝛc. Wir wollen ihn verachten/ ſo iſt er allen Leuten erlaubt anzugreiffen ꝛc. Da ſtund Nicodemus uff und ſprach alſo/ wir haben in der ee (id eſt im Geſetz) und in dem Land-Recht/ daß man niemand verachten ſoll noch verdammen/ man ſoll ihm ee hören ꝛc. Locus prolixior eſt, ſed plane ad rem præſentem non pertinens, nec cum moribus patriis conveniens, ubi per ſupra dicta in facinore deprehenſus & aufugiens ſtatim absque citatione in bannum declarabatur, in übernächtigen Thaten aber bannum dictabatur contumacibus ter citatis.

(a) Exhibet id & explicat auctor Actorum Lindavienſium *pag.* 651. *ſeqq.* Uns iſt fürkommen/ daß die Bürger zu Lindove von Alter ein Gewohnheit an uns herbracht haben. Welch ſchädlich Mann oder Weib in ihr Gericht käm gebunden oder gefangen/ oder von Schulden in ihr Gericht geantwortet werden/ daß denſelben Mann oder Weib niemand überkommen (überweiſen Autor Actorum, ego mallem: überwinden) möchte/ wanne mit dem binuffte (Geſchrey) den ſie von alter Gewonheit her han behalten. Wenne wir uns nun des verſtanden/ daß

& aliud Imperatoris Ludovici Bavari 1331. (b) Ejusdem

daß täglicher Gepreßt u. Schade/und Krieglichkeit hievon kommen möchten; ſo haben wir ihn beſondere Gnade gethan und wollen: welch ſchädlich Mann oder Weib zu Lindau in das Gericht käme / bey dem die ware Schuld und der recht Schub nicht funden werden/ denſelben Menſchen ſoll ein jeglich Mann gewalt han zu überkommen mit ſex erbaren Manne Eyd/ den zu glauben ſey/ und ſoll dann der Kläger den ſiebenden Eyd ſelber thun. Duo hic diſponuntur 1) ut deprehenſi in crimine non amplius accuſentur cum clamore, ne occaſio detur hoſtilitatibus, quarum abrogationes jam tentabant poſt interregnum Imperatores & Reges Germaniæ. Ergo habes hic cauſam, cur diſplicuerit accuſatio mit Geruffte. Rem magis explicabit jus Saxon. *Lib. 2. art. 71. & 72.* Si enim deprehenſus aufugeret, tenebantur clamantem ſequi omnes adulti laici & obſidere caſtrum in quo ſe receperat aufugiens. 2) Ut ſi reus non poſſet convinci mit dem Schub/ convinceretur per ſeptem teſtes, inter quos tamen erat ipſe accuſator. Conf. *Lib. 3. Jur. Saxon. art. 88.* adeoque ſimul abrogabatur conſuetudo daß in übernächtigen Thaten reus non amplius admitteretur ad probationem vulgarem per duellum, aquam fervidam &c. Conf. dicta ſuperius §. 22. *& præced.* §.

(b) Hoc refert idem autor *d. l. pag. 651. ſeq.* Eſt ejusdem tenoris. Niſi quod adatur: Meinent wir dieſelbig Gewohnheit (mit den Benufft) abzunehmen / und wollen / daß ſie halten die Recht / die unſer Vorfahr ſelig König Albrecht ſetzt zu Nürnberg da nach den Land-Fried/ der auch nu von unſert wegen geſchwaren iſt ꝛc. Et poſtea: Wär auch/ daß Mann oder Weib mit rechter Schuld und mit dem waaren Schub für ihr Gericht bracht würd/ über dem ſoll ſchweren der Kläger und zween erber Mann/ zu ihm/ und davon ſol ſein genung ſein ꝛc.

(c) Par-

dem privilegium Tremonienſe (c) & Mindenſe (d) de

(c) Partem ejus recenſet Dattius de pace publica *L.* 4. *c.* 2. *n.* 75. *ſeq.* ubi diſponitur, quod comitatus ſive comitia civitatis Tremonienſis id eſt: Das Gerichte oder Graffen Ding der Stadt Dortmůnden ſaltem ad veros heredes comitum pertinere nec vendi ſine civium voluntate, & non niſi filio civis alicujus &c. debeat. Ab ipſa tamen civitate poſſe emi, ſed ita ut tum, ut hactenus, pleno jure poſſideatur a Cæſare & Romano Imperio. Nullum etiam Archiepiſcopum, Epiſcopum, Comitem, Baronem vel aliquem forenſem ad dictam comitiam debere admitti. Additur: *etiam ut nulli liberorum Comitum ſecretum judicium, quod vulgariter* Frey-Ding *vocatur, intra muros civitatis veſtræ permittatis exercere vel erigere, vel ipſi judicio quomodo libet præſidere.* Vides jam illo tempore mentionem fieri liberorum Comitum der Frey-Graffen / item ſecreti judicii, atque diſerte aſſeri, ſecretum judicium vulgariter Freyding appellari. Cum igitur de ſignificatu harum vocum valde litigent Doctores, & conſtitutio Carolina per ſupra dicta condita eſſe dicatur in emendationem der Frey-Stůle / age per gradus & pedetentim conjecturas noſtras aperiamus. Initio mallem, ut Dattius diplomata illa, quibus uſus eſt, integra appoſuiſſet, & quidem ſeorſim, ordinata ſecundum ſeriem temporum. Jam vero, cum ſaltem quædam inde excerpſerit, conjecturæ noſtræ non ita firmiter poſſunt eſſe radicatæ. Id patet, comites liberos der Freydinge eſſe ſeparatos a comitibus civitatis Tremonienſis. Mihi igitur videtur, per comitiam civitatis intelligi das Schultzen-Gericht / quod judicabat ſaltem in civilibus, & in criminalibus zu Haut und Haar. Nam primo conſtat, civitates Imperiales citius acquiſiviſſe ab Imperatoribus judicia hæc civilia, quam criminalia: Quod vero comitia vocetur, inde eſt, quod

(d) de anno 1332. Ludovici Comitis Tirolenſis, publicatum

quod Graff apud Germanos in genere denotet judicem, & in hac lata acceptione contineat etiam Sultetum. Hoc vero ſuppoſito comes liber der Frey-Graff/ & ejus judicium das Freyding/ aut ſedes der Freyſtul denotabit judicium ſuperius des Reichs Vogts / Burg-Graffens ꝛc. qui judicabat cauſas capitales, die übernächtig waren / und richtete über Hals und Hand. Nam ad hæc judicia liberi & ingenui requirebantur aſſeſſores Schöppen / freye Herrn / Schöppenbaar-freye Leute. In municipiis & vicis poterant etiam ruſtici, ſervile genus, aut certe manumiſſi, judices vel aſſeſſores eſſe. Unde vero dicitur ſecretum? ſi alia non obſtarent, dicerem, ſecretum judicium denotare hic non clandeſtinum heimlich/ (ſed ex errore ita poſtea fuiſſe ab imperito in Germanica lingua translatum) verum ſeparatum a ſecernendo, quia hoc judicium der Reichs-Vogtey &c. erat ſeparatum a Judicio vicario Sculteti, & regulariter ſub dio habebatur extra portas civitatis in campo libero. Unde jam omnia erunt plana in dicto privilegio. vel ſi hæc conjectura non placeat, dicere etiam poteris, judicium illud vocari ſecretum, quia per declarationem in bannum ſecernebat bannitos a jure reliquorum hominum per dicenda ſtatim.

(d) Retulit illud privilegium Freherus *de occultis Weſtphaliæ judiciis p.* 10. & poſt eum Dattius *IV.* 2. 83. ubi Imperator Ludovicus Bavarus concedit Epiſcopo Mindenſi privilegium ein frey Hertzogthum (i. e. Gerichte / Graffſchafft) in dem Stifft zu Minden / und frey gerichte darinne zu ſitzen / und Königs Bann nach Veme Rechte / als in dem Lande zu Weſtphalen recht iſt an weltlichen Rechte / und Freyſtuele in den Hertzogthum zu haben / einen zu Berndeſſen / bey der Linden (in campo libero) &c. wie die Biſchöffe von Cöln / Münſter und Palborn / frey Gerichte und frey ſtüle han nach Veme Rechte / als in dem Lande

catum anno 1349. (e) Caroli IV. privilegium Mindenſe

F 1354.

Lande zu Weſtpfahlen recht iſt. &c. Vides hic primo Epiſcopis etiam jam conceſſa fuiſſe exercitia judiciorum criminalium, quæ antea non habebant, unde hic dicitur, an weltlichem Rechte. Deinde judicium illud, quod in præcedenti privilegio dicebatur ſecretum, hic vocatur Veme Gericht/ à declaratione in bannum. Faimen enim eſt ſeparare, unde abfaimen. Et verfaimen in antiquis ſæpius denotat aliquem in bannum declarare, ut patet ex Dattio *IV*. 7.16. & *IV*. 8.22.24.26. (Non ut explicat Dattius *IV*, 7. 16. mit Recht umb böſe Sachen verurtheilen) Olim dicebatur etiam verfeſten/ ut jur. prov. Saxon. *Lib.* 1. *art.* 68. Quod autem Weſtphaliæ hic in ſpecie fiat mentio non putandum, quod in ſola Weſtphalia talia judicia fuerint, cum in omni Germania judiciorum ritus fuerint iidem; (Gryphiand. *de Weichb. c.* 55. *n.* 5.) ſed quod vel in genere hic denotetur tota Saxonia, vel in ſpecie comitatus Tremonienſis, vel, quia tam Epiſcopatus Mindenſis, quam cæteri, quorum in privilegio mentio fit, in Weſtphalia ſiti erant. (Gryphiand. *d. c.* 55. Conf. dicta *lit. c.* item Dattium *IV*. 2. 63.)

(e) Habes id apud Hundium im Bayeriſchen Stamm-Baum Tom. II. im kurtzen Auszug etlicher Hiſtoriſcher obſervationum, *voce* wiſſend. Et ex hoc refert Autor Act. Lindav. *pag.* 654. ubi diſpoſitio juris Saxonici extenſa fuit ad Comitatum Tirolenſem: Daß wir in unſerer Herrſchafft zu Tyrol ſo gethan new Recht ſetzen. Wo ein ſchädlich Man oder Frau begriffen werden / iſt er ein ſo gethan Man / daß ihm zu glauben iſt / der ihn berechten will / der ſoll dargehen / und ihm zween Finger in dem Schopff legen / und der Frauen in die Schaidelen / und ſoll ein Eyd ſchweren / daß er das waars wiſſe / daß er ein ſchädelich Man ſey Land und Leuten / und die Frau eine ſchädeliche Frau / da ſollen ſer dargehen und ſollen ihre Händ legen auf des erſten Arm / und die ſollen auch Bieder-

1354. (f) Wenceslai privilegium Eslingæ datum 1391. (g) Rem

---

Biederleut ſeyn / und ſollen ſchweren / daß der Eyd rein ſey / und nicht main (i. e. kein Main Eyd) damit ſoll man einen ſchädelichen Man und eine ſchädeliche Frau überſagen. Dubium hic eſt an loquatur documentum de omnibus delinquentibus, an tantum de deprehenſis in facinore: non enim dicitur in handhaffter That begriffen werden / ſed ſaltem begriffen werden / i. e. ad judicium deducuntur capti vi; nec etiam mentio fit clamoris. Unde eædem obſervationes hic repetendæ, quas dedimus *lit. a.* Uti vero non ſine ratione notat autor actorum Lindavienſium, quod Hundius Weſtphalicorum judicum proceſſum cum privilegiato hoc probandi modo confundat, ita clarior & convenientior erit ejus mens, ſi dicamus, Hundium ex hoc documento non probaſſe rationem, cur Scabini judiciorum Weſtphalicorum dicti fuerint: die Wiſſende / ut patet ex variis locis a Dattio adductis *d. lib.* 4.

(f) Illud ex Frehero refert Dattius *II.* 4. 48. Convenit cum privilegio deſcripto *lit. d.* niſi quod hoc ſit latinum. Verba ibi notabilia ſunt: *Liberæ ſedes, quæ* Vemeding *proprie & vulgariter nuncupantur &c. cum univerſis Jurisdictionibus &c. quibus cæteri conſimiles ſedes habentes, ſicuti Ducatus Aſcaniæ & Weſtphaliæ gaudent &c.* Vides hic præter Weſtphaliam etiam memorari Ducatum Aſcanienſem, ut inde pateat rurſus, judicia hæc Weſtphalis non fuiſſe propria.

(g) Narrat Dattius *I.* 1. 29. hoc anno Eslingam civitatem hanc poteſtatem a Wenceslao accepiſſe, ut in reos fractæ pacis per tormenta durch das Tameln i. e. die Daum-Stöcke oder Taumeln / ex pluralitate votorum ſententiam dicere poſſent: & *num.* 93. declarat, daß Sie verleumdete ſchädeliche Leute / das Fürſten und Herrn Landen und Leuten gemeinlich wiſſentlich wäre / angreiffen / und in ihre Gefängnüß bringen / daß ſie nach

Rem confuſam hactenus expediemus annotationibus brevibus ad ſingula.

§. XXV.

Dicta hactenus confirmant, vel certe pluribus obſervationibus anſam dant geſta vel memorata ſub ſeculo decimo quinto. Quorſum pertinent ſententia de ſeptem conjuratoribus & executione ab ipſo accuſatore facta anno 1400. (h) Ordinatio judicii Weſtphalici ſub Ruperto Imperatore anno 1404. & declaratio variorum arti-

*Status proc. crim ſub. Sec. XV. decade prima, regnante Ruperto Imperatore.*



nach ſolcher geſchicht die ſie gethan haben NB. unbeklaget in ihren Räthen nach dem mehrern theil ihrer Erkäntnüs/ wol verurtheilen/ ſtraffen und über ſie richten mögen/ als ſie auf ihre Eyd erkennen. Idque renovatum eſſe docet *num.* 95. anno 1398. Vides hic, quod proceſſus inquiſitorius introductus fuerit etiam in judicia criminalia ſecularia una cum tortura. Et quia hæc omnia peracta fuerunt in conclavibus, & non amplius in loco publico, uti olim accuſationes, inde, ſi ſuperior non placeat explicatio judiciorum ſecretorum ſeu occultorum, dicere poteris, quod ideo fuerint occulta dicta, quia proceſſus in occulto formatus fuerit. Et neſcio, ubi nuper legi vel apud Beſoldum, vel Speidelium, vel Wehnerum, quod multæ civitates Germanicæ ſæpius provocaverint ad privilegia Imperatorum, quod judicia criminalia judicare poſſint in ſecreto bey verſchloſſenen Thüren.

(h) Vid. Wehnerus ſub voce beſiebnen. Wir die Richter und Bürger des Raths der Stadt N. bekennen offentlich daß für uns kam N. und ſprach: Er hatte in des Heil. Reichs und unſerer Stadt N. Schloſſe in gefängnüs liegen ſein und des Landes Dieb mit Nahmen N. N. und begehret mit dem zu fahren mit Recht/ als ſich denn zu einem ſolchen ſchädlichen Mann hieſche/ und verbürgt über ihn nach Gewohnheit und Recht unſerer

articulorum ad illa judicia pertinentium ad interroga-
tio-

vorgenannten Stadt. Des war ihm Tag geſetzet zum Rechten auf dieſen tag dato diß Briefs. Alſo kam er für Gericht / und bat ihn ſein Fürſprechen fragen: er hette ſeinen und des Landes Dieb liegen in den obgenandten unſer Stadt Gefangnüs wie er gefahren ſolt / daß er recht und nicht unrecht thäte. Da erkanten wir mit gemeinen Urtheil: möchte er da beweiſen und zu GOtt und denn Heiligen geſchweren auf ein Schwerd / daß der genandte N. N. ſein und des :andes Dieb wäre/und dann daß ſechs darnach geſchweren möchten mit Wahrheit ihrer Seel:n/ daß der Eyd were rein und nicht nein (Legendum Meyn vid. th. præced. lit. e.) ſo möcht er den hencken mit ſeiner ſelbſt Hand: oder ob er jeman:s hette der das vor ihn thäte/ bis ihn gericht würde ꝛc. Videntur hinc inde & alia quædam loca in recenſita ſententia emendationis indigere. Sequitur adhuc clauſula, idem juris actori competere contra quemvis, qui hanc ſententiam ejusque executionem vindicare velit &c. Hic nota 1. fructus emendationis intempeſtivæ juris veteris Germanici. Olim in facinore non deprehenſus non poterat convinci per teſtes, ſed liberabatur vel juramento purgatorio vel provocatione ad duellum, *Vid ſupra* §. 11. *&* 13. diſplicuit hoc Pontifici,(ſupra §. 22.) inde etiam probatio per teſtes admiſſa in accuſatione ſuper crimine das übernächtig war / & quidem initio per ſex veros teſtes citra accuſatorem, (*th.* 24. *lit.a.*)poſtea per unicum accuſatorem & ſex conjuratores, magis de credulitate quam de facti veritate jurantes. (*ibid. lit. e.*) Et hæc omnia magnis quidem abuſibus erant obnoxia,etiam quamdiu judicia publice in præſentia populi habebantur, ſed non tamen tantis, quanti erant abuſus ſubſequentium temporum, ubi juramenta fiebant in ſecreto loco judicii, reo non præſente, nec audito, uti hoc loco. Prætextus haud dubie fuit, præſentia ejus non eſſe opus, cum convicti per te-
ſtes

tionem Imperatoris eodem anno per Scabinos facta, (i)

F 3 Privi-

ſtes contradictio non attendenda ſit, nec adeo ejus confeſſione videatur eſſe opus. 2. Habes hic iterum novum argumentum, cur judicia illa dicta fuerint ſecreta, quod ne quidem reo, tantum abeſt, ut populo præſente juramenta & probationes peragerentur & ſententia pronunciaretur. 3. Illo tempore adhuc honeſtum officium erat exequi ſententiam criminalem. 4. Magnus metus incutiebatur illis, qui hunc modum procedendi improbare vellent, cum ſimilia timenda haberent. Quod rurſus occaſionem dedit, ut judices poteſtate ſua valde potuerint abuti. Ut adeo non mirandum fuerit, quod multi de corrigenda illa imprudente emendatione morum veterum cogitaverint.

(i) Refert utrumque Dattius *Lib.* 4. *cap.* 7. *&* 8. Sed cum ipſe de antiquitate ejus dubitet, eamque in plerisque convenire putet cum Reformat. Colonienſi relinquimus meditationes ulteriores ſuper hac ordinatione lectori. Interim illud inde conſtat, reduci in hac ordinatione in quibusdam judicia criminalia ad ſtatum priorem (intempeſtive emendatum) ſupra §. 7. *ſeq.* deſcriptum, & inprimis improbari illas clandeſtinas accuſationes & condemnationes. Quamvis & ibi multa videantur ſubeſſe ſphalmata, quæ emendare tentat Dattius, neſcio an ubivis feliciter. Interim ex dicto cap. 7. & 8. patet, wiſſende Mann und unwiſſende Mann ita ſecerni, ut Scabini ſint wiſſend / (vide potiſſ. *pag.* 775. *num.* 20.) reliqui unwiſſend. Mihi videntur priores ita dicti, quod ipſi ſoli ſcirent proceſſum criminalem contra reos formatum & ſententias intra fores clauſas conceptas, cum alias populus omnis earum rerum conſcius eſſet. Conf. §. *præced. lit. e. in fine.*

(k) In iſto privilegio Rupertus ad inſtantiam Hermanni Landgravii Haſſiæ, Swagerii ſui, Salentinum quendam conſtituit liberum comi-

Privilegium ejusdem Ruperti ſuper Frigraviatu dato in Friheholenor ann. 1410. (k)

§. XXVI.

*Sub decade quarta.*

Item porro privilegium Kizingenſe urbi ab Epiſcopo Herbipolenſi & Marchione ac Electore Brandenburgico datum ann. 1436. (l) Conſultatio de emendandis judiciis occultis ſub Sigismundo in comitiis 1437. (m) & ſub

comitem in illa ſede, ſita in dominio Zuſchen. Sed privilegium illud ſaltem generalia continet. Refert illud Freherus *de occ. Weſtph. judic. pag.* 12.

